II/91. ~~148~~

Urbanus Regius, Ioachimo Vadiano suo S. D.

Audio te et a(nim)o & corpore esse incolumem, Vadiane doctissime,
quo sic exhilarer ut non possim vehementius, si praesens essem; nec
ideo Vadiani mei oblitus sum, quod biennio perpetuo nihil literarum ad
te dedi, caussam tam diuturni silentij accipe. fama erat apud nos
Cives tuos ab Antichristo stare, Theologum vero Martinum execrari
saevire in pios, solos esse Turegienses, qui Christum tenent mordicus
timebam igitur cives contagio nonnihil maculatum iri, ut helfranos
omnes rerum pessimarum adversarios, sed suspiciosis scriptitantium spiritus ab
steterunt ab instituto, fac igitur sciam quorum partes tueantur, ut
tuto possim tecum ac amice nugari de rebus serijs interim, Vale
literarum avidus. Ex Argona ult. July Anno MDXXII

Urbanus Regius.

Ioachimo Vadiano
Pho, Poëtę ac Oratori
à Caesare Laureato
Medico doctissimo,

Doctor Joachim vo
Watt. Stattartzt
zů Sannt Gallen